

personaliter constitutus in domo nostra nobis in presentia Iudicis [Petri de lietera et Petri de Iudice] Matheo de eadem terra puplici eiusdem terre notarii fratris Mathei et fratris Montis viridis. dompni Arnulfi canonici Melfiensis presentavit nobis lieteras Santissimi in Christo patris domini Gerardi domini Episcopi [Sabinensis] ac Regni eiusdem baiuli quarum tenor per omnia talis est: esis Apostolice Sedis legatus Baiulus Regni Sicilie una cum Excellenti constitutus venerabilis in Christo pater et dei gratia Episcopus Melfiensis Salutem in domino. Ex parte Venerabilis in Christo patris supplicatum, ut cum ipse et nonnulli predecessores Iurisdiciones. possessiones. et Bona ad Mensam suam specialem de Iure spectantia ab Regis possederint pacifica et quiete et in possessione pacifica fuerint eorumdem de quibus non apparent puplica documenta de eisdem ne super eis si contingat moneri sibi ab eidem provideri in hac parte sibi et eidem Ecclesie sue per notam providentiam dignaremur mandamus, quatinus testes ydoneos quos idem Episcopus super premissis coram nobis duxerit producendos, prudenter recipere ac diligenter in puplica monimenta denunciando illis quos negocium forte si velint e super denunciacione sic facta confici faciat puplicum Instrumentum. Datum Neapoli domini Martini pape quarti anno quinto. Nos qui volentes predicti domini legati Mandatum exequi reverenter et fideliter adimplere. assumpto et predicto Notario petro pro scriptore. formatis articulis et factis positionibus per e super quibus testes recipere debebamus. qui articuli et positiones sunt hec. § Ponit Episcopus Montis Viridis quod Ecclesia Montis Viridis et ipse pro dicta Ecclesia est in possessione vel quasi Iuris habendi vassallos suos liberos in Monte Viridi. § Item ponit quod et eos habentes memoria. § Item quod ipse est